UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Euphrasia virgine. Cap[itulum]. cxcvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

epiſcopo et aliȷ̄s pluribus tempore iuſtini iu-
nioris claruit in britannia cis marina. Cū aūt
ſanctus elducus in planicie triticū ſeminaſſet
ne vaſtaretur ab alitibus marinis: paulum ad-
huc iuuenculū cuſtodem adhibuit. Quo nocte
dormitante ager vaſtat̄. Sed excitatus mane
damnū ſegetis aduertit: oratione fuſa agrū am
biuit: auesq̄ ſe mouere nō valentes alarū vir-
tute depoſita: vt oues ad clauſtrum abegit. Qḋ
cernens abbas: et quid ſibi hoc vellet interro-
gans: reſpōdit paulꝰ illos eſſe ſegetis hoſtes:
quos captos ad ipm̄ duxerat puniēdos. Quod
pater videns ⁊ miraculum ſtupens aues abire
precepit. ¶ Rogatus a ſorore vt alueus eius
iuxta mare poſitus dilataret̄: ad mare acceſſit:
nudasq̄ ſibi cedentes vſq̄ ad certū locū ſibi vi
ſum inſeq̄ cepit: vbi lapillis modicis iactatis:
mari mādauit ne lapillos trāſire preſumeret.
Qḋ vſq̄ hodie factū ē. Nā ⁊ eo redeūte lapilli
in columnarꝫ magnitudinē excreuerunt. ¶ Tē
poris proceſſu abbas factꝰ eſt. Qui die quodā
diſcipulis per aridas ſiluas vagantibus et ſiti
deficientibus: ſolo percuſſo: humoq̄ in triplici
loco defoſſa tres fontes de terra ꝓduxit: vſq̄
in preſenti tēpore permanentes. Sed ⁊ draco-
nem infeſtū qui etiam armatos plurimos inua
debat: ſtolla ſacerdotali collum eius conſtrin-
gens: ſicut agnū ad mare vſq̄ deduxit: ⁊ in pro
fundū equoris demerſit. Poſtmodū aūt electꝰ
epiſcopus leoneñ. Quis dudū renitens: clarus
ſanctitate in pace quieuit. iiiȷ̄. idus martiȷ̄.

¶ De ſanctis Egduno preſbytero
⁊ ſociȷ̄s martyribus. Cap. cxcvi.

Egdunꝰ preſbyter et
aliȷ̄. viȷ̄. martyres apud ciuitatem
nicomedie ſub diocletiani perſe-
cutione paſſi ſunt. Qui diebus ſin
gulis ſinguli eorꝫ ſuffocati ſunt: vt
ceteris metꝰ incuteret̄. Quorꝫ paſſio recolitur
iiiȷ̄. idus martiȷ̄: vt ado in martilogio ſcribit.

¶ De ſancta Euphraſia virgine. Cap. cxcviȷ̄.

Euphraſia v̄go filia an
tigoni ſenatoris ⁊ euphraſie nobiliſſi
me de ciuitate cōſtātinopolitana tpe
theodoſiȷ̄ imperatoris originē duxit.
Cuius pater auguſto amiciſſimus ⁊ ꝓpinquus
totius lycie negocia gubernabat. Poſt cuiꝰ or-
tum parētes eius celibē vitā duxerūt. Antigo-
nus v̄o anno integro elemoſynis ⁊ ſanctis ope
ribus intentus: poſt annū diē clauſit extremū.
Mater v̄o adhuc iuuenis que per trienniū cū
viro vixerat: in ſancta viduitate deo ſeruire ſtu
dens apud imperatorem cū filia degebat. Qui
filiā eius euphraſiam annorū. v. cuidā magno
principi deſpondit: donec ꝑfecte etatis exiſtēs
eidem matrimonio iungeret̄. Cum autem poſt
aliquod tempus euphraſia antigoni relicta ab
auguſta ſuaderetur: vt alteri eam petenti nube
ret ſenatori: euphraſia moleſte ferens et ne ad
hoc compelleretur timens: cū filia ſua euphra-
ſia ex vrbe latenter diſceſſit: et ad poſſeſſiones
ſuas in egyptum acceſſit: vbi conſiſtens eccle-
ſias ⁊ monaſteria ſeruorū dei ſepius viſitabat
⁊ multas elemoſynas faciebat. ¶ Erat autem
in thebaide monaſteriū dominarū habens vir-
gines. cxxx. in ſumma vite ſanctitate dn̄o ſerui
entes vbi continue ieiunium arduū ſeruabat̄: ⁊
vnaqueq̄ manibus operabatur. Dum autē eu-
phraſia cum infantula locū illū frequentius vi
ſitaret: cepit infantula in vita v̄ginū delectari:
⁊ audiens que ab eis de xp̄o dicebantur ad in-
greſſum monaſteriȷ̄ quotidie ardentiꝰ animari.
Quadam v̄o die cū matre ad cenobiū accedēs
omnino ibidē remanere cum abbatiſſa voluit:
nec vllis precibus aut minis: vel impoſitis pa-
uoribus inde abſtrahi potuit: ſed matrē ad ciui
tatē venire permiſit. Et cum diebus pluribus
ibidem fuiſſet: ⁊ in ſancto propoſito perſeuera
ret: dicens ſe xp̄m in ſponſum elegiſſe cōſentiē
te matre ab abbatiſſa cilicino habitu monaſte-
riȷ̄ induit̄: ⁊ in cenobiū monialis effecta intro-
ducit̄. Quā mater dn̄o cōmendauit ⁊ filiā anno
rum. viȷ̄. in monaſterio dimiſit. Que ſumma hu-
militate ⁊ ſancta conuerſatione pollere cepit.
Dataq̄ ſibi magiſtra iulia pſalteriū breui tēpo-
re didicit: ⁊ mira obedientia in cunctis mini-
ſteriȷ̄s pre cūctis ꝓfecit. Poſt modicū tēporis
euphraſia mater virginis moritur: et in mona
ſterio ſepelitur. Euphraſia v̄o iunior omnes fa
cultates paternas pauperibus erogauit. Cum
autem ad perfectam veniſſet etatem: ſponſus
ſuus per litteras imperatoris ad eam ad con-
iugium requiſiuit: ſed ipſa imperatori reſcri-
bens vtpote chriſto iam nupta temporale con-
nubium denegauit: vnde ⁊ in monaſterio ſum-
ma abſtinentia deo feruentius famulari cepit.
Multasq̄ diaboli tētationes pertulit: propter
quas ſuperandas penitentia mirabili ſe affli-
xit. Nā ⁊ lapidem capiti ſuppoſuit: ⁊ cinerem
ſuꝑ ſtratum cōſperſit: aliquādo ꝑ tres vel quat
tuor dies: aliquādo hebdomada integra ſe ine
dia macerauit. Cuius patientia abbatiſſa ten-
tare volens: lapidem magnū vix a duabus femi
nis baiulandū diebus ſingulis de horto ad fur
nū ⁊ inde ad hortū per dies. xx. ipſam portare
iuſſit: quē illa cum omni humilitate detulit: nō
murmurans neq̄ de labore importabili: neq̄
de inanitate precepti. Et cum iterum diabolus
eam tentaret ꝙ ſenatoris filia ad aliarum mi-
niſterium eſſet ſubmiſſa: cepit adhuc vilioribus
officiȷ̄s ſe occupare: ⁊ in coquina ollas abluere
⁊ immūdicias exportare: nec propter hec ab ab-
ſtinentia ſe ſolita ſubtrahebat: nec officiū in ec
cleſia dimittebat. Cū aūt eidem quedā germa-
na noīe improperaret: ꝙ talia opera ꝑ fructu hy-
pocriſis oſtenderet: et ob hoc abbatiſſa illam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

punire velleт: euphraſia nedū ad pedes ſororis
ſibi cōuiciantis veniā petens procidit: ſed etiā
pro ea ab abbatiſſa veniā imperrauit. ¶ Cum
autē diabolus eā animo ſuperare nō poſſet: ce
pit ipſam perſequi prelio corporali. Nam cū ex
puteo aquam hauriret: capite deorſum deijci-
tur: ſed a ſororibꝰ illeſa educitur. Ipſa vero vbi
quotidie portabat ſingulas: cepit exinde defer
re hydrias aque binas. Alia quoqꝫ vice dum li-
gna precideret: ſecuri calcaneū ſibi vſqꝫ ad ti-
biam ſcidit: et colligata a ſororibus ꝓpter hoc
non deſtitit: quin ligna inciſa deferre voluerit.
Sed cum ſcalam aſcenderet: ſummitatē tuni-
ce calcās ſuper ligna cecidit: quorum vnum fe-
re oculum eius effoſſum grauiter vulnerauit.
Sed dei miſericordia diebus modicis ex vtra-
qꝫ plaga conualuit. ¶ Poſt hec eam diabolus
de tertio ſolario precipitauit: que tamen ſine vl
la leſione ad terram deſcēdit. ¶ Deinde ollam
cum aqua feruente portans cecidit: aquaqꝫ bu
lienti facie perfuſa omnino intacta permanſit.
Multis autem ſignorum miraculis claruit.
¶ Mulier quedam infantem annorum octo ex
paralyſi effectum ſurdum ⁊ mutū ad monaſte-
rium detulerat: vt ipſum ſororum orationibus
commēdaret. Quē mox vt ſancta virgo ad ab-
batiſſam deferēdū in brachijs ſumpſit: puer lo
qui et audire cepit: et ad matrem ad ianuā ex-
pectantem incolumis proprijs pedibus cucur
rit. Quedam ex ſororibus antiquis ab immun-
do ſpiritu dudum vexata fuerat: quam mille an
cillarum chriſti preces liberare potuerāt. Que
etiam cathenis vincta tenebatur: cibuſqꝫ ei cū
cauco ligneo porrigebatur: eo ꝙ nulla ad eam
appropinquare preſumebat: quia veſtes ⁊ car-
nes ſororum dētibus lacerabat. Et quia abba-
tiſſa ſanctitatem euphraſie nouerat: eiuſqꝫ mi-
raculum in puero viderat: eidem licet ex humi
litate ſatis recuſanti: per obedientiam ſororis
illius liberationē impoſuit. Pro qua euphra-
ſia dudum ſe ieiunijs afflixit: ⁊ ad dominū die-
bus pluribus exorauit. Et tadem in chriſti no-
mine demonem ab illa effugauit: et cum maxi-
mo ſtrepitu in abyſſum ire precepit. Ex iſtis ta
men in nullo extollebatur: ſed ampliori humi-
litate ꝓficere videbatur. ¶ Poſt hec abbatiſſa
per viſionem conſpexit: ꝙ duo viri venerabiles
ad monaſterium venientes euphraſiam rapie-
bant: ⁊ ipſam in aureū palatium gemmis orna-
tum introducebāt: que ibidem ab angelis cōci
nentibus ſumebatur: ⁊ ad chriſti pedes proci-
dens a genitrice dn̄i corona aurea decorabat.
Intellexit ergo abbatiſſa virginem quātotius
ad celeſtem thalamū deducēdam. Que cum ſo
roribus intimaſſet: ⁊ ille obituз dilecte ſororis
deflerent: euphraſia ſubita febre corripitur: et
vite termino ꝓxima in oratoriuз deducitur: ve
rum ex profunda eius humilitate orabat ad do
minum: vt eam adhuc per annū in carne dimit-
teret: eo ꝙ penitentiā condignam ſuo arbitrio
non perfeciſſet. Et cum abbatiſſa ⁊ eius magi-
ſtra iulia virginem exorarēt: vt ipſam ſequi ſine
dilatione liceret: promiſit eis orare dominū: vt
ipſarum deſideriū adimpleret. Sicqꝫ inter ſo-
rorum manus migrauit ad chriſtū. iij. idus mar
tij. ¶ Poſt cuiꝰ obitū die tertio ✠ iulia obijt ✠.
Abbatiſſa vero ſubſtituta quadā eugenia in ma-
trem filiarum ipſa die. xxx. ex hac vita deceſſit.
Que ambe in eodem ſepulchro cum euphraſia
virgine condite ſunt.

¶ De ſanctis Macedonio preſbytero ⁊
ſocijs martyribus. Cap. cxcviij.

MAcedoniꝰ
preſbyter: patri-
cia: modeſta: theo
dota: ores: theodo
ra: impondera: martia: et tra-
bia apud nicomediam ciuita-
tem martyriū paſſi ſunt. Qui
omnes per igneз conflagrati
acceptabile ſacrificiū chriſto
dn̄o reddiderūt. iij. idus mar
tij: vt in martylogio adonis habetur.

¶ De ſanctis quadragintanouē militibus
martyribus. Cap. cxcix.

QUadraginta-
nouem milites Rome
ſub nerone ceſare paſſi
ſunt. Hos omnes vna
cum ſanctis proceſſo ⁊
martiniano beatus pe-
trus apoſtolus conuer
tit ad chriſtum: cum te-
neretur in cuſtodia ma
mertina: vna cum coapoſtolo ſuo paulo: vbi no-
uem menſes detenti fuerunt. Et cū milites pre
dicatione apoſtolorū conuerſi eſſent: et aquam
pro ipſis baptizandis non haberent: orāte apo
ſtolorum principe de ſilice tarei montis fons
aque prorupit: ex cuius vnda ipſe apoſtolus ba
ptizauit: et fons ibidem in teſtimonium mira-
culi permanet vſqꝫ in preſens in loco qui dicit
carcer petri ſub colle tarpeio. Deinde predicti
glorioſi quadragintanouē milites ſub deuotiſ-
ſima fidei confeſſione neroniano gladio cōſum
pti ſunt: pridie idus martij.

¶ De ſancto Petro abbate cla-
reuallen̄. Cap. cc.

PEtrus abbas cla-
reuallen̄. cum eſſet nobili exor-
tus proſapia factus monachus
igniaci mōaſterij nobilitatē ſuā
ſūma vilitate occultabat: vilibꝰ
indutus: vilia officia exercēdo.